



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Ad pistrinam spectantia.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

tium in torculari? torcular calcavi solus. Il. 63.  
 Christus flagellatus, crucifixus, totus sanguine suo per torcular passionis inundatus. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserant sortem. Matth. 27. Tunica inutilis symbolum veræ Ecclesiæ non ferentis scissionem in unitate fidei & morum. Christus apparuit veste dissiliâ, & hoc Arium fecisse dixit, sicut & ex post alii id fecerunt Hæretici fidelibus interim ( veram Ecclesiam constituentibus ) in unione permanentibus, ubi mira elucet Dei providentia; quod, dum una dictio deficit, alia ad veram fidem accedit. Sic deficiente Germaniâ, Angliâ &c. gentiles in utraque India veram fidem ex gentilismo amplexi sunt. O felix tempus! quando erit unum ovile & unus Pastor. Intincta tunica Joseph in sanguine hædi figura est tunicæ Christi sanguine ejus proprio imbutæ. Interim magnus pro textoribus & sartoribus honor, quod Christus tunicam habuerit inconsutilem, quæ indivisa mansit sub Cruce, eamque Beatissima Virgo dicatur adaptasse.

## Ad pistinam spectantia.

**M**odicus fermentum totam massam corrumpit. ad Gal. 5. Exigua passio, minus defecata intentio corruptit meritum, & unus malus multos bonos. Comedit panem ( subcinericum ) & ambulavit in fortitudine cibi illius 40. diebus & 40. noctibus usque ad montem Dei

L

Horeb.

242      Pars secunda de elevatione  
Horeb. 3. Reg. 19. Applica ad panem Euchati-  
sticum usque ad transiitum in eternitatem nos  
confortantem. *Ego sum panis vite, qui venit  
ad me, non esuriet.* Joan. 6. *Panis, quem ego  
dabo, caro mea est pro mundi vita.* Ibid. *Beatus  
qui manducabit panem in regno Dei.* Luc. 14.  
*Lazarus cupiens saturari de muis, quae cadebant  
de mensa divitis, portatus ab Angelis in finum  
Abraha, dives sepultus in inferno.* Luc. 10.

*Cocorum labores pricipui ut prandia Cen-  
convivia.*

**N**on potestis mensa Domini participes fieri, &  
mense Demoniorum. 1. Cor. 10. Paristi  
in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribu-  
lant me. Ps. 22. Hoc æger viaticum accipiens  
cogitet. *Dispono vobis, ut edatis & bibatis super  
mensam meam in regno meo.* Luc. 22. *Daniel  
serve Dei tolle prandium, quod misit tibi Deus.*  
*Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti dilu-  
gentes te.* Dan. 14. *Beati, qui ad Cenam Na-  
ptiarum Agni vocati sunt.* Apoc. 19. *Convenien-  
tibus vobis in unum, jam non est Dominicam Ce-  
nam manducare.* Et alius quidem esurit, aliis  
autem ebrius est. 1. Cor. 11. *Agape olim vo-  
cantur convivia Christianorum, in quibus pa-  
peres ditiorum ære simul cibabantur, & Episco-  
pi habebant semper hospites, advenas, paupe-  
res.* Vidi Anno 1737. Romæ in Sacello S.  
Gregorii, & ejusdem nominis Abbatia men-  
sam lapideam, in qua hic Sanctus indies pasce-  
bat